



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio XXXIV. Ordinarius licet habeat intentionem fundatam exercendi
iurisdictionem in omnibus locis suæ diœsis[sic!], tamen si aliquis
exhibetur titulus & possessio exemptionis à suâ iurisdictione, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

commissioe comprehensam, quod quidem nihil commune habet cum eo. de quo hodie disputatur, nec illa est sententia ad favorem Abbatis, vel Ecclesie S. Martini, nisi quatenus absolvit à Censuris in contumaciam illatis, sed solum continet, quod ratione subjectionis Basilicæ S. Petri, dicta Ecclesia non comprehendatur in commissione de qua ibi.

Quo vero ad approbationem Confessoriorum pariter Domini censebant esse dandum mandatum de manutendo D. Archiepiscopo, quoniam habet assistentiam juris, & claram dispositionem Concilii Trident. sess. 23. cap. 15. de reformat. ubi etiam tollit immemorabilem, & fuit resolutum in causa Calagurritana jurisdictionis de Nagera 6. Junii 1612. coram Reverendiss. Aurebaten. que est decis. 332. par. 1. recent. Confirmata 20. Martii 1615. coram me. Nec probatur contrarium, ut supra pè dictū est.

Quo vero ad visitationes Collationum beneficiorum, & causas Civiles, Domini mandaverunt particulariter videri. Et ita fuit decisum, &c.

DECISIO XXXIV.

Ordinarius licet habeat intentionem fundatam exercendi jurisdictionem in omnibus locis suæ diocesis, tamen si aliquis exhibetur titulus & possessio exemptionis à suâ jurisdictione, non est d. ordinario concedenda manutentio, sed exempto, donec cognoscatur de validitate tituli & possessionis.

R. P. D. PIROVANO.

Brixinen. Jurisdictionis.

Veneris 9. Junii 1634.

SUMMARIUM.

Ordinarius habent intentionem fundatam de jure communi in jurisdictione

Est inter recent. decisio 546 par. 5.

- 1. *nem omnium Monasteriorum Regularium intra suam diocesis existentium.*
- 2. *Ordinarius etiam ex sola juris assistentia in jurisdictionalibus non solet denegari manutentio.*
- 3. *Regulares dum allegant titulum exemptionis à jurisdictione ordinaria, vel privilegium, & exhibetur, ac de possessione docent, dum cognoscitur de relevantia titulorum, & legitima possessione, turbari non possunt.*
- 4. *Et hanc opinionem semper sequuta est Rota, utroque concurrente, nempe titulo & possessione.*
- 5. *Regulares, si immediatè sub protectione sedis Apostolica recipiantur, ista specialis protectio semper eximii privilegii à jurisdictione ordinariarum.*
- 6. *Regularis domus dum cognoscitur, an comprehendatur in privilegiis & constitutionibus exemptionis ab jurisdictione ordinarii, eò quia subdat Religioni exempta, non debet privari eius legitima possessione, & numero 7.*
- 7. *Jurisdictionis exercitium super aliquo*
- 8. *Domino Episcopo Brixinensi petente manutentionem in quasi possessione Mulieribus, de quibus agitur, responsum fuit, non esse dandam, quia Patres Servite exhibent titulum, & docent de possessione earum jurisdictionis super predicta domo Regulari.*
- 9. *Loco Regulari inferitur ex pluribus annotationibus factis concernentibus utrumque statum: temporalem & jurisdictionalem.*
- 10. *Jurisdictione super aliquo loco præbitur ex obedientia, & subjectione.*
- 11. *Actus confirmandi officiales Regulares electos, semper pendet à jurisdictione ordinaria superiorum, vel delegata à sede Apostolica, & nunquam.*
- 12. *Ordinario solummodo denegatur manutentio contra allegantem titulum & possessionem à sue jurisdictionis exemptione, si Ordinarius natus sit à sui juris assistentia.*
- 13. *Sed quando ex parte ejus concurrat etiam actus possessorii, tunc non est deneganda manutentio in quasi possessione jurisdictionis.*
- 14. *possessio valida nulla potest acquiri actibus contradictiis, & quancumque hi decerunt.*
- 15. *Per alium minimum conservantur.*
- 16. *Commissariorum relationi abque testimonio Notarii de actibus colla rogati non solet plena fides adhiberi.*

Nam, et si vera sit conclusio, quod ordinarii habent fundatam intentionem de jure communi in jurisdictione omnium Monasteriorum Regularium intra suam diocesis existentium, cap. penult. de relig. Dom. Gloss. in cap. conquere in verb. jurisdictionem de off. ord. Dec. in cap. fin. num. 6. in notab. de confirm. usi. vel in usul. & etiam ex sola juris assistentiâ in jurisdictionalibus non solet denegari manutentio ordinarii

...tatis, cap. cum persona in fine de privileg. in 6. Capic. dec. 189. num. 7. Seraph. 1449. num. 1. Et in recent. par. 2. decis. 382. Et 493. cum aliis allegatis:

Attamen vera etiam est declaratio, quando allegatur titulus exemptionis vel privilegii, & exhibetur, ac de possessione docetur, tunc Regulares, dum cognoscitur de relevantià titulorum, in eorum libertatis, vel exemptionis legitima possessione tibi non possunt, ut admittitur in secunda parte ejusdem Capituli cum persona de privi. in 6. Et comprobant Anbar. ibid. num. 2. Gemm. in 8. fin. numer. 3. Et 4. Franc. num. 2. & Rota hanc declarationem semper est sequuta utroque concurrente, nempe titulo, & possessione, decis. 491. num. 4. Et 5. Et 685. num. 2. par. 1. Et 682. num. 5. par. 2. recent. Seraph. decis. 1278. in fine, Et 595. num. 3. Et 4. idem sunt dictum in Aprutina jurisdictionis 9. Junii 1606. coram D. Card. Pamphilo in Constantien. jurisdictionis. 16. Novembris 1607. coram Episcopo Attrebaten. Et in Lauretan. jurisdictionis. 22. Maii 1631. coram D. Durano Episcopo Urgellen.

Titulus autem ad hunc effectum per Religionem exhibitus visus fuit sufficiens, cum deducatur ex constitutionibus summorum Pontificum Urbani, Sixti, Innocentii Octavi, & aliorum, in quibus Fratres Servitæ eximuntur à Jurisdictione ordinariorum, & immediate sub protectione sedis Apostolicæ recipiuntur, sed & omnes Sorores Mantellatæ, Pizcoræ, ac tertiatæ nuncupatæ subjiçuntur Generali, & Superiori ordinis, cum derogatione Concilii generalis, quæ specialis protectio semper eximit privilegiatos à Jurisdictione ordinariorum, cap. ex parte il. 1. ibi privilegium nobis Apostolicum nobis ostendârunt de privi. cap. si Papa eodem Tit. in 6. cap. 22. de integ. restit. cap. cum tempore de arbit. Dec. cons. 152. numer. 2. Put. decis. 115. in fin. lib. 3. Seraph. decis. 1025. num. 5. Et seq. Præterea defumitur idem titulus ex constitutionibus hujus domus Regularis à sede Apostolica confirmatis, in quibus præsupponitur exemptio, & obedientia, & jurisdictio debita Generali ordinis, & ejus Vicario, & aliis Superioribus assignata.

Non obstat, quod Sorores hujus domus Regularis non comprehenduntur in dictis privilegiis, aut constitutionibus, quia dum cognoscitur de comprehensione, non debent Servitæ privati eorum legitima possessione, secundum terminos ejusdem Capituli cum persona de privi. in 6.

Quo verò ad possessionem, bene probatur ex actibus positivis, qui dantur nempe ex visitatione facta per Vicarium Generalem Ordinis sub die 20. Junii 1627. summ. Religionis num. 16. in quo quàm jures ordinationes factæ fuerunt, concernentes utrumque statum temporalem, & spirituales, quæ procul dubio inferunt jurisdictionis exercitiam, cap. conquente de offic. ordin. Soccin. de viti. nu. 4. vers. decimo quarto, Rot. decis. 196. num. 2. par. 2. divers. Dantur præterea admissiones ad habitum, & votorum emissiones in manibus superiorum Religionis, quæ propter obedientiam, & omniam & subjectionem Patri Generali probant jurisdictionem, *Alva.*

Alvarott. & alii in cap. 1. qualiter Vasallus prestare debeat Domino fidelitatem. Nov. conf. 636. num. 65. lib. 4. ac demum dantur confirmationes factæ per Vicarios Generales, quoad Sorores quæ in eadem domo solent officia exercere, qui actus confirmandi officiales electos semper pendeat à Jurisdictione ordinaria superiorum, & delegata à sede Apostolica per privilegia, ac constitutiones summorum Pontificum.

Non obstat, quod ordinariis denegatur manutentio contra allegantem titulum, & possessionem solummodo, quando nituntur sola juris assistentia, sed quando ex parte eorundem concurrunt etiam actus possessorii, ut in præsentibus præsupponitur, tunc non esse denegandam manutentionem, in quasi possessione jurisdictionis vari totum, & idem videtur firmatum in *Theatino jurisdictionis, qua est sita par. 2. regens.*

Quia cum actus dati pro D. Episcopo fuerint expressè contradicte, vel pro parte Sororum, vel pro parte Religionis, & causam liti dederint, nulla potuit esse acquiri valida possessio, *Rota decis. 165. num. 5. par. 4. divers. & 30. num. 1. par. 2. tract. Afflic. decis. 395. num. 7.*

Nam visitationi anni 1628. 13. Januarii fuit contradicte, & seipositis dissentientibus Priorissa, & aliis Sororibus fuit admessa, & de ea non constat nisi relatione Commissariorum, quibus absque testimonio Notarii de actibus visitationis non solet plena fides adhiberi. *Annibal Rochus de visitat. in verb. creare par. 304. Lucas Antonius Resa in direct. visitat. cap. 5.*

Literæ pariter Archiducis Leopoldi non conferunt ad probationem actus possessorii, quia vigore illarum Ordinarius jurisdictionem in domo prædicta non exercuit, nec exercere poterat, ex quo in eisdem referatur fuit articulus jurisdictionis inter eundem Ordinarium, & Servitas per sedem Apostolicam decidendus, cum qua reservatione cessabat facultas ex literis prætexta.

Et ita utraque, &c.

